opus, quod magnum & pulchrum eſt. talis enim rei ſpectatio eſt admirabilis. quod autem eſt magnificum, eſt admirabile: operiſque magnificentia virtus in magnitudine eſt.

CAPVT V.

EX impenſis autem quas honorabiles dicimus, illæ ſunt, quę ad Deorum donaria, ædificationes, & ſacrificia pertinēt: quæque ad omne denique geniorum numen ſpectant. quæ item ad publicam munificentiam glorioſæ, ſunt: vt, ſicubi vel ludorum edendorum, vel triremium extruendarum, vel epuli ciuitati exhibendi ſplendidè gerendam præfecturam exiſtimant. In omnibus autem, ſicut dictum eſt, ad agentem quoque haberi relatio debet, quiſnam, & ex quibus facultatibus agat. digni enim his eſſe ſumptus debent, & non ſolùm operi, verum etiam facienti decenter eſſe accommodati. Atque idcirco pauper nequaquam eſſe magnificus poteſt, cùm ea non habeat, ex quibus ſumptus decenter faciat. nam qui id aggreditur, ſtultus eſt: præter dignitatem enim aget, prætérque id quod oportet. id autem ſecundum virtutem eſt, quod rectè fit. Decent etiam eos huiuſmodi ſumptus, quibus tale aliquid præceſſit vel ab ipſis factum, vel à maioribus, vel ab iis qui ad ipſos pertinent: nobiles item, & illuſtres, & qui ſunt huiuſmodi. omnia nanque hæc magnitudinem in ſe habent & dignitatem. Ac maximè quidem talis magnificus eſt in talibúſque impenſis magnificentia, ſicut dictum eſt, verſatur: quippe quæ & maximę ſint, & honorificentiſſimę. Sed ex priuatis tamen etiam illæ ad magnificum ſpectant, quę ſemel fieri conſueuerunt: vt nuptiæ, & ſi quid tale eſt: & ſi alicui rei vel tota ciuitas ſtudet, vel qui in dignitate conſtituti ſunt: quæ etiam ad hoſpitum ſuſceptiones, & dimiſſiones attinent, ad munera item & remunerationes. non enim magnificus in ſuum, ſed in publicum decus ſumptuoſus eſt. munera autem quandam cum templorum donariis habent ſimilitudinem. Magnifici etiam eſt, ita ædes extruere vt diuitiis conueniant: quippe cùm etiam hoc ornamentum quoddam ſit, & in ea opera ſumptus magis facere, quæ ſunt magis diuturna: pulcherrima enim hæc ſunt, & in ſingulis decorum ſeruare: nam non eadem ſunt Diis & hominibus, aut ad templum & ſepulchrum ornandum accommodata.

A ἔργον δὲ, τὸ μέγα καὶ καλόν. τοῦ γὰρ τοιούτου ἡ θεωρία θαυμαστή· τὸ δὲ μεγαλοπρεπὲς, θαυμαστόν. καὶ ἔστιν ἀρετὴ ἔργου, μεγαλοπρέπεια ἐν μεγέθει.

Κεφάλαιον ε.

ΕΣτι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια, οἷον τὰ περὶ τοὺς θεοὺς, ἀναθήματα, καὶ κατασκευαὶ, καὶ θυσίαι· ὁμοίως

B δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον, καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν· οἷον εἴπου χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν. ἐν ἅπασι δ᾽ ὥσπερ εἴρηται, καὶ πρὸς τὸν πράττοντα ἀναφέρεται τὸ τίς ὢν καὶ τίνων ὑπαρχόντων. ἄξια γὰρ δεῖ τούτων εἶναι, καὶ μὴ μόνον τοῦ ἔργου, ἀλλὰ καὶ τοῦ ποιοῦντι πρέπειν. διὸ πένης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής. οὐ

C γὰρ ἔστιν ἀφ᾽ ὧν πολλὰ δαπανήσει πρεπόντως· ὁ δ᾽ ἐπιχειρῶν, ἠλίθιος. παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ, καὶ τὸ δέον· κατ᾽ ἀρετὴν δὲ τὸ ὀρθῶς. πρέπει δὲ καὶ οἷς τὰ τοιαῦτα προϋπάρχει δι᾽ αὐτῶν, ἢ διὰ τῶν προγόνων, ἢ ὧν αὐτοῖς μέτεστι· καὶ τοῖς εὐγενέσι, καὶ τοῖς ἐνδόξοις, καὶ ὅσα τοιαῦτα. πάντα γὰρ ταῦτα μέγεθος ἔχει καὶ ἀξίωμα. μάλι-

D στα μὲν οὖν τοιοῦτος ὁ μεγαλοπρεπὴς, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις δαπανήμασιν ἡ μεγαλοπρέπεια, ὥσπερ εἴρηται· μέγιστα γὰρ καὶ ἐντιμότατα· τῶν δὲ ἰδίων, ὅσα εἰσάπαξ γίνεται· οἷον γάμος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, καὶ εἰ περί τι πᾶσα ἡ πόλις σπουδάζει, ἢ οἱ ἐν ἀξιώματι· καὶ περὶ ξένων δὲ ὑποδοχὰς, καὶ ἀποστολὰς, καὶ δωρεὰς, καὶ ἀντιδωρεάς· οὐ γὰρ εἰς ἑαυτὸν δαπανηρὸς ὁ μεγαλοπρεπὴς,

E ἀλλ᾽ εἰς τὰ κοινά· τὰ δὲ δῶρα τοῖς ἀναθήμασιν ἔχει τι ὅμοιον. μεγαλοπρεποῦς δὲ καὶ οἶκον κατασκευάσασθαι πρεπόντως τῷ πλούτῳ. κόσμος γάρ τις καὶ οὗτος. καὶ περὶ ταῦτα μᾶλλον δαπανᾶν, ὅσα πολυχρόνια τῶν ἔργων· κάλλιστα γὰρ ταῦτα· καὶ ἐν ἑκάστοις τὸ πρέπον. οὐ γὰρ ταὐτὰ ἁρμόζει θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, οὐδ᾽ ἐν ἱερῷ καὶ τάφῳ· καὶ ἐπεὶ

F τῶν δαπανημάτων ἕκαστον μέγα ἐν τῷ γένει· καὶ μεγαλοπρεπέστατον μὲν τὸ ἐν μεγάλῳ μέγα· ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐν τούτοις μέγα.

Et quoniam vnuſquiſque ſumptus ſuo in genere eſt magnus, magnificentiſſimus eſt ille, qui in magna re eſt magnus. Hic verò, qui in his magnus eſt, éſtque